

*Dum Bella per Teutonica
Sat cladis imminet:
Ut floreat & gaudeant,
Qui Christi grex vocantur.*

^{3.}
*Vivat JOHANN. GEORGIUS,
Dum vivet ista Pax,
Et extinguatur ocyus,
Martis scelesti fax:
Sic Misniam, Lusatiam,
Sic cuncta Lux coronet.*

^{4.}
*Sic optimam Zittaviam
Salus non deserat,
Nec Damon his ferociam
Plateis inferat,
Si Christus Dux & vita lux
Patres clementer ornet.*

^{5.}
*Ergo sub tanti Prasulis
Latemur tegmine,
Noviq; fata Consulis
Notemus omine:
Qui profuit, qui stornit
Florens & porro profit.*

^{6.}
*Amet benignus Curiam,
Templis affulgeat,
Pubemq; literariam
Amanter mulceat,
Ut sapius felicis
Ad Consulatum scandat.*

Hac igitur brevitate conabuntur placere, qui, vel per ætatem, polixioribus adhiberi nondum possunt. Faxit saltem Deus ut servati in optimo flore Parentes, eosdem aliquando adultos & in hujus Auditorii Cathedrâ, & in ipsis Reip. functionibus conspiciant. Quam certè Spem, quia præsens Actus omnino confirmare vel fuscitare poterit, non est cur ego de splendidissimo Auditorum Spectatorumq; numero desperem.

P. P. d. 20. Aug. M DC LXXIX.

